

Programma Quo Decanus, Et Ceteri Collegii Iuridici in Inclyto Roseto Balthico Antecessores. Ad Dn. Candidati Andreae AmseIn/ Rostochiensis. Inaugurale Examen Disputatorium In Auditorio magno, 5 Febr. ... publice instituendum. Magnificum Dn. Prorectorem ... Peramanter vocant [et] invitant

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747332568>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritatem creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de criminibus publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an suspectus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigialibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
 37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
 38. Rahne de successione conjugum.
 39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium, atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
 40. Volochow de quaestione in tortura reorum.
 41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
 42. Schütz de investitura.
 43. Strögh de jure testandi inter liberos.
 44. Strögh de pactis successoria, eorumque iustitia.
 45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsper.
 46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
 47. Sibrand de valore juramenti actui adpositi.
 48. Sibrand de intercessione mulieris pro marito.
 49. Redeker de tortura prohibenda.
 50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
 51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
 52. Leifer de responsis prudentium.
 53. Novius de fictione.
 54. Radov. de archivis.
 55. Pomerech de auctoritate juris.
 56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
 57. Beckmann juris de non appellando et differentia juris de non evocando.
 58. Schleenstein de affinitate.
 59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
 60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
 61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
 62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis portio-
 bus, ad effectum condemnationis considerato.
 63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
 64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
 65. Heier de primo cautionis gradu.
 66. Rahne de incorporatione.
 67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
 68. Redeker de quaestoribus.
 69. Woldenberg de abactu sive abigenti.
 70. Lambert de miscellaneis juris controversiis et assertionibus.
 71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
 72. Aichel Thüser juris controversi.

PROGRAMMA

Quo

DECANUS,

Et Ceteri

COLLEGII JURIDICI

in Inclyto Roseto Balthico

Antecessores.

Ad

DN. CANDIDATI

A N D R E Æ *Amseln /*

ROSTOCHIENSIS.

Inaugurale Examen

Disputatorium

*In Auditorio magno, 5 Febr. horis ante & pomeridianis
publicè instituendum.*

Magnificum Dn. Prorectorem,

Dnn. Professores, Doctores, Ecclesiæ Pa-
stores, Magistros, Studiosos Juvenes, Omnesq;

Literatos & Literatis faventes &
benè cupientes.

Per amanter vocant & invitant.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr. 1652.



DECANUS.

Totaq;

Facultas Juridica Academiae Rostochiensis.

Duas, quibus ad sublimem honorum Arcem adscendimus, quasi scilas esse, Literas scilicet aut Arma, vel Artem aut Martem, non modo pervulgatō Veriverbiō, sed & certissimā rerum omnium Magistrā Experimentiā edocemur. Hinc gloriæ & famæ desiderio (quod, uti verba *Baptista Fulgosi* sunt, veluti calcar ad exercendam virtutem homines impellit, & nunquam laudis expers est) incensi, Alii castra Martis sequuntur, Animumq; rei militari applicant, ut decus famamq; nunquam interituram reportent. Hi nullas belli molestias, nullos militiæ labores, nulla incommoda, nullas injurias, nullum pro Republicâ periculum subire recusant, imo in horrido præliō mortem minimè expavescunt, sed fortiter pro Patriâ pugnando occumbere (uti egregiū in fortissimi militum Romanorum Ducis L. Syllæ persona exemplum habemus, qui, cum in Orchomeno fusam aciem suam ab Archelaō Mithridatis Duce videret, ex equō confestim descendens signō arrepto in medios irruit hostes, exclamans, *Hic Milites Romani morivolo.*) pul-

pulcherrimum ducunt. Quamobrem Sacra Scriptura
generosorum militum naturam & officium descri-
ptura, Eorū Cor esse quasi Leonis ad nullius occur-
sū pavescens, tradit. De Re & Virtute hācce militari
differens *Cicero*, Eam populo Romano nomen, Eam
Civitati Romanæ æternam gloriam peperisse, Eam
orbem terrarum Imperio Romano subjecisse, O-
mnesq; Res urbanas, omniaq; præclara in bellicæ
virtutis tutelâ ac præsidjō latitare, & *Bodinus*, tam diu
potentiam & amplitudinē Romani Imperii, quoad
Constantinus Pontificum oratione persuasus legio-
nes & robur sustulisset, steterisse, his vero nervis
incisis Barbaras gentes provincias Romanorum
omnes populari ac vastare cœpisse, scribunt,
Imo tantopere Res militaris antiquitus æstimata &
honorata est, ut non modo Masculinus sed & Fœmi-
neus Sexus quamvis aliàs infirmus Corporis robore
& Animi magnitudine, quæ Viris tantummodo for-
tissimis convenit, destitutus, nihilosecius tamen
nominis & famæ splendorem ex ea ipsâ sibi quærere
studuerit. Testantur id bellicosissimæ Femine, pri-
mum Scythiam juxta Tanaim, deinde Pontum ad
Thermodoonta incolentes, & ex eō, quod alterâ &
quidem dextra in infantiâ Iphis inustâ mamma care-
rent, nomen habentes *Amazones*. In specie id ipsum
Thestis Argiva femina, quæ patriam Argivorum ur-
bem à Cleomene Spartarum Rege valido Exercitu
obsessam defendit, *Maria* Puteolana, Virgo fortis,

sima, quæ (quod se vidisse *Franciscus Petrarcha*
in Epistolis scribit) adeo belli studiosa fuit, ut prima
postremaq; prælium iniret & finiret, neq; nisi prius
editis claris facinorib; acceptisq; multis vulneribus,
ex acie se reciperet, *Orieta Auria* Genuensis femina,
quæ ingentem Turcarum classem Molagum oppi-
dum oppugnantem, plurimis Turcis occisis, repulit;
Marulla Mithylenensis Virgo, quæ itidem Turcicos
Mahometi milites Bellum Venetis moventes Coc-
cinumq; oppidum vi armatâ invadentes non sine
summa admiratione à muris recedere coegit, *Val-
lasca* Virgo Bohema, quæ Primislai Bohemorum Du-
cis exercitum verâ virtute vicit, occisisq; manu suâ
septem in eò præliò Viris, in fugam compulit. *Johan-
na* famosissima Virgo Gallica in ope Pastore nata &
Pulicella vocata, propterq; admirandas visiones Fa-
tidica putata, quæ 15. annos haud dum egressa, *Carolo*
sextò insanò dictò regnante Aurelianensem urbem
arctâ obsidione à Britannis oppressam liberavit, &
Britannos Lutetiam magnamq; Galliæ partem pos-
sidentes ex totò Regno heroicè ejecit, *Carolus* se-
ptimum Regem designatum diademate insigniri
jussit, tantumq; de se formidinis Britannis, ut ejus
conspectum ferre non possent, iniecit, Aliâq; per-
multæ, quæ jam silentio prætereundæ sunt, abundè
restantur. Ex hujusmodi ergo militari fortitudine
& bellicâ virtute vera suam traxit originem Nobili-
tas: Hæc plurimos, qui egregia ejusdem specimina
edi-

ediderunt, gloriæq; viam sibi aperuerunt, ad hono-
rum & dignitatum culmen & fastigium (uti innum-
meris id Historiæ comprobant exemplis) evexit: In-
de multifariæ Bellicæ Coronæ, celebres Statuæ, ex-
celsæ Columnæ & Pyramides, magnifici Triumphi,
superba Trophæa, illustria familiarum insignia, Et
conspicua ad memoriam Posteritatis prodita diver-
si generis Monumenta, tanquam Virtutum testimo-
nia & Rerum præclarè gestarum signa & documenta,
promanarunt. Licet igitur ad famam & gloriam
bellicis virtutibus consequendam via expedita sit,
proindeq; Marti necessaria & salutaria Reipublicæ
(utpote quæ absq; Militum & Armorum veluti si-
nistri juxta *Accursum* Mundi brachii præsidio tuta
esse vix queat) servitia præstanti debitæ laudes
detrahendæ non sint, Alia tamen, quâ ad altiores
gloriæ & honorum apices tendimus, Literarum
scilicet & Artium ingenuarum meritò præferenda-
rum via superest, cum

*Artibus ingenuis quaratur gloria summa
Per multis.*

Literarum enim studia & artes liberales virtutum
magistras, Earumq; scientiâ nullam rem præstantio-
rem hominiq; suaviorem & jucundio rem esse, His
homines Bestiis præstare, & Hominibus ipsis ante-
cellere, Hæc literarum studia adolescentiam agere,
senectutem oblectare, secundas res ornare, adversas
adjuvare, iisq; per fugium ac solatium præbere, domi


delectare, foris non impedire, nobiscum pernoctare,
peregrinari & rusticari, nonnullis locis *Cicero* &
Aristippus scriptum reliquerunt. Literas hasce pul-
cherrimas hominis divitias, imo sine iis vitam ho-
minis mortem & ejus vivi sepulturam esse *Alius* ad-
serit. Earum cognitionem in constituendâ & ritè
administrandâ Republica omnibus ceteris Discipli-
nis præire *Charondas* rectissimè censuit. Non sane
ab Armis sed Literis, quibus instructi fuere, profe-
ctum est, quod Lacedæmoniis Lycurgus, Athenien-
sibus Solon, Locrensibus Zaleucus, Thuriis præme-
moratus *Charondas*, Getis *Zamolxis*, Aliisq; Rebus-
publicis Alii Legislatores optimas & Saluberrimas
Leges tulerint. Unde laudatissimus Rex *Alphonsus*
à quòdam, Utri rei Libris an Armis plus deberi arbi-
traretur, interrogatus respondisse perhibetur, Ex
Libris & Arma & armorum jura didici; Non enim
manu solum aut corporis viribus res in bello gerun-
tur, sed consiliò ac ratione animi magnitudinem vel
excitante vel temperante opusest. Omnibus vero
Artibus Ea, quæ Divinas & humanas Res dispo-
nit, omnem iniquitatem expellit, & bene beateq;
vivendi normam præscribit, Principatum præripit
Jurisprudencia. Hæc enim, quæ honesta sunt,
facienda imperat, contraria prohibet. Hæc domi-
tas habere libidines, omnes cupiditates coercere,
nostra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus absti-
nere docet. Hæc vitiis supplicia, virtutibus præmia
propo-


proponit. Hæc salutem civium & civitatum Inco-
lunitatem unicè quærit. Sine hæc nec Domus ulla,
nec Civitas, nec Gens, nec Hominum universum
genus stare, nec Rerum natura omnis, nec ipse
Mundus, ut verè & præclarè *Cicero* disputat, potest.
Plurimi idcirco ad nobilissimam hancce *Juris Civilis*
prudentiam adspirarunt.


Hæc secum considerans Virtute & Eruditione
non vulgari præditus noster Candidatus DN.
ANDREAS AMSELIUS Rostochiensis, non
in turpi otio delitescere, sed Literis se mancipare
Easq; Studiosè excolere voluit. Proinde, cum in
Scholâ primum triviali patriâ linguarum cogniti-
onem hausisset, post autem annum ætatis decimum
sextum agens ad uberiorem Studiorum progressum
sub celebri illo Philologo DN. M. JOHANNE
KIRCHMANNO, insequenti anno defunctô,
faciendum Lubecam à Parentibus ire jussus esset,
tandè, Eorundem consensu impetratô, post triennii
decursum ad Electoralem Academiam, quæ in Bo-
russia Regiomonti est, se contulit, ubi, quamdiu
commoratus, Studio Philosophico strenuè operam
dedit, & priusquam inde discessit, optimum Labo-
rum suorum specimen conscriptæ scilicet & ibidem
sub DN. JOHANNIS QUISTORPII, tum
temporis Philosophiæ Magistri, jam SS. Theologiæ
Doctõris & Academiæ nostræ Professoris celeberrimi
præsidiò de Legibus publice habitæ Disputationis
Politicae


politicae cum laude edidit. In Acedemiam itaq; patriam
revocatus, Almæ Themidi, Avi materni DN. GEORGII
LUBBECHII, J. U. D. & Practici eximii vestigia sequutus,
totum se consecravit, Et tam domi quam in privatis lecto-
riis & disputatoriis Collegiis, potissimum sub DN. D. JOA-
CHIMO SCHNOBELIO eò tempore apud nos Juris
Professore, jam Reipub. Sedinensis Syndicò meritissimo in-
stitutis, Jurisprudentiam nostram ita enucleavit, ut non
modo in duobus Juris scilicet Civilis. & Feudalis dispu-
tatoriis Collegiis publicis, & quidem Priori Binas ex
Digestis, Posteriori vero Unam ex Feudorum Jure sub Ipsi-
usmet, sed & Aliam quandam de Injuriis & famosis Libellis
sub meo NICOLAI Schüßen/ J. U. D. ac Professoris præ-
fidiis, Disputationes Juridicas omnes publicitus masculè de-
fenderit. Deniq; potestate à Facultate nostrâ Juridicâ im-
petratâ Institutiones Imperiales in privato Collegiò inter-
pretatus est, eoq; ipso, se jam Jura docere posse, ostendit;
Summum itaq; Studiorum suorum præmium Academicum
cum sibi conferri haud dudum à Nobis non immerito decen-
ter exigeret, & ea propter consueto prius Examini privato
subjectus esset, inq; eò rigide & exactè cum ipsò initò, indu-
bitata Eruditionis & scientiæ suæ Juridicæ documenta pro-
didisset, Honorum & Privilegiorum Doctoralium meritissi-
mus Nostrâ omniū suffragiis concordantibus declaratus fuit.

Ut vero noster hicce Dn. Candidatus Eruditionem suam
palā omnibus comprobet. Is ipse 5. Mensis Februar. die ex
præstantissimâ & intricatissima POSSESSIONUM materia
se examinandum in publicò Auditoriò sistet. Qui Actus
publicus ut tanto conspectius peragatur, idcirco Magnificū
Dn. Prorectorem, Aliosq; Dn. Professores, Verbi Divini
Ministros, Philosophiæ Magistros, Omnium Facultatum
Studiofos, Ceterosq; Literatos, ut præsentis comparere &
benevolum Dn. Candidato adfectum honorificâ sua præsen-
tia declarare velint, studiosè & amicè contendimus. Id si fe-
cerint, ad debitam gratitudinem Nos & Dn. Candidatum pro-
nosse & posse habebunt obstrictissimos. PP. Rostochl sub
Sigillo Facultatis nostræ Juridicæ 25. Jan. Anno 1652.









burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuti.

III. Jure Civili cuivis majorenni sanæ mentium administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur §. sed & major Inst. de his q. tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & §. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam ma

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. 1. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3 Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j. vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj. tantum locum habet, non autem in dignitate co. Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

1. &
t aut
con
Com
r ihu
ren/

rum
pari
uis re
e au
ma
orum

qui
male
s do
utem
quod
m ce

num
verit
icun
c. 26.
Jure

ven
ivatis
l. ob
otest
Jure
fer
bejis
proc.
VII.

